



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

IN CAPVT VICESIMVM QVARTVM

ARGVMENTVM.

STENS o templi robore, & magnificentiâ, eius ac gentis ruinam, totiusque mundi interitum prædicit: & signa præcedentia commemorat, bellum, famem, pestem, terræ motus, persecutionem, Euangelii toto mundo prædicationem. Deinde quæ proxima futura sunt extremo iudicio, obscurationem Solis, & Lunæ, adeoque aduentum filii hominis: à sic parabolam sumere monet, quæ signa præbet astatis. Diem illum nemo sciret, & incautos ac securos oppressurum, vt factum est diluuii tempore. Idcirco paratos stare omnes iubet, idq; exemplo serui fidelis, & improbi exponit.

Syriaca Ecclesia versus 36. legit ad vesp̄eram Festo S. Crucis. Hoc est enim זליכא Zeli-
ha. Nam de Cruce & persecutionibus sustinendis agitur, & v̄ro versu 38. dicitur signum Filii
hominis in cœlo apparitūrum.

A vers 36. ad 45. est lectio defunctorum. Inde ad finem est lectio dominicæ sacerdotum. quæ & in Latinâ Ecclesiâ legitur diebus Festis confessorum Pontificum.

VERSUS I.

*Ei egressus Iesus de templo, ibat. Et
acceſſerunt diſcipuli eius, ut oſten-
derent ei ædificationes templi.*

QVÆSTIO I.

Cur nunc templi structuram ostendunt?

9.1. *¶* Vm præcedentibus historiam continuari; Ceterum Marc. 13. Luc. 21. manifestum est. Egresso iugiter Domino, quod docendo et fatigatus esset, & iam requirent aliquid natura postulare, accedunt discipulorum ttes, & ostendunt, *circūquāz* substitutiones templi: imo lapidum mirantur magnitudinem, vti p̄p̄a apud Lucam *ἀνὰ ἑκατὸν*. Idque in ipso itinere: I. Graeco est nonnulla differentia verborum; sine vlla laetitia sensus; quodam habent *ἀνὰ ἑκατὸν ἐπεὶ οὐ τοῦτο*, aliter exemplaria verbum præponunt. Syrus eodem modo, sed paulum mutat constructione *למאליק אלדמאליק*. Nunc causæ peculiare interrogandi fuerunt. Non quidem ipsa magnificentia templi, licet lapide essent longi quindenos, lati duodenos pedes, omni inaurata & ornata, vt nihil quod oculos delectare posset, deesse videretur, dena enim millia artificum p̄cipit minorū vt Ioseph. l. 8. c. 6. Belli Iudaici tradit eo solidos annos in eo elaboratum. Non erat illa causa; nullies enim templum spectarunt. Multo mirantur sunt lapidum congeriem, aut, vt Caluinus significat, leuitate à feris cogitationibus abducti sunt, villos Zwīnglius criminatur. Verum cum à Domino audissent: *Relinquitur vobis domus vestra deserta*; commiseratione quadam commouebantur, cum domum Dei deserendam; ac proinde urbem extendendam cognoscere: Non est amor ille patriæ, sed diuini honoris zelus in villo culpandus: Nam si de sacrum possessionum detrimentis dolerent; poterit fortitan maleuola suspicio hæreticorum illis obiectare inuoluntate, nunc ad exitium patrii templi, atque adytorum eos ingerisecisse; & cum dolore Domino offendere, nulla culpa est. Duri & ἀσέπης esset siccis oculis ista intueri. Cicero dolitrum se profitetur, si vel post dena annorum millia sciret barbaram aliquā gentem Romā potituram, & non liceret de sanctificatione Domini profanata dolere Apostolis? Audietur igitur potius Hilarus, qui non ambitione templi moros Apostolos, sed charitate gentis suæ, ostendisse sanctitatem docet. Equidem si Davidis lachrymas intueretur, quod ab inimicis suis exularet & coactus, lachry-

patris careret, cur non similis dolor in Apostolis lau-
dabilis est?

§. 2. Quæritè tamen operæ præcium est; cur Se-
ctarii in odium in scirpo quantant; & tantopere labo-
rent, ut discipulorum factum condemnent? Equidem
facile ex eorū scriptis Satani ingenium se prodit. Zwin-
glijtus eos, leues, carnales, infirmos, oscitantes esse ait.
Bullingerus Zwinglij successor; duas causas adducit,
vel quod vberem excindendam audissent, vel quod
pro imbecillitate, vanitate, & stultitia humani inge-
nii plus admiratur terrena quàm cœlestia, pueriliter des-
piciunt. Caluinus oculos templi fulgore præstertitos
fuisse ait, ut lapidum congeriem Domino obstitarent.

[Non lecus atque hodie multos reperire licet, qui
vehementius ad splendorem, & luxum illum templo-
rum Papisticum commouentur, quam viua verbi Dei
predicatione. Et Caluinus. Talis etiam Papatus admi-
ratio multos simplices hodie detinet, cum maximis o-
pibus, ingentique potentia instructum videant, protin-
us oblitiscant.]

Hinc illa conuictia in Apostolos, quia inuictum Catholicorum simplicium argumenta dissoluere nequeunt, nisi discipulis Domini maledicant. Vident in Ecclesia Catholica vetusta templa, altaria, calices, earum auctores, & extructores Pontifices, Reges, Republicas, imo confessores & Martyres, norunt in illis ritum, & doctrinam a sua diuersam fuisse, nullum toto orbe sacellum fuisse, quod Caluinismum reciperet, hinc templa nostra tanquam suæ nouitatis indicia è medio sublata percipiunt. Nam vnde tu veteri ad nouam doctrinam infers? nonne ipsa clamant templa nostram esse possessionem religionis? Spiritum esse, quod aduentitium est? Cur possessionem eripere tentaris? vestra vos conscientia condemnat, & ipsius conuincit. Hanc ergo rationem cum orthodoxi tanquam auiti fundi possessionem tueantur, & cum Pseudoprophetae conflurgunt, & tradere templa sibi nostra postulant, eos inter se committant, vt mutuo consensu statuunt, cui sectiuncula ex tot committitibus se & is ea cedenda sint. De templo vide Origenem, Chrysost. Hilarium, Iosephum loco citato, & lib. 15. c. 14. antiqui. Multa etiam Ribera noster, & deinde Baradius eruditissime collegerunt.

VERSUS 2.

Ipse autem respondens dixit illis: Videtis haec omnia? Amen dico vobis, non reliquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur.

QVÆSTIO I.

Qualis templi fuerit euersio?

Textus Latinus defensus.

§. 1. Inter Græcum & Latinum textum est nonnulla diuersitas. Latinus habet: Ipse autem respondens dixit illis. Græcus: ὁ ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς. Iesus vero dixit illis. Noster ergo legit; ὁ ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς. Erasmus admodum nostram interpretem sed immeritum carpit; quod respondere non posset Dominus, cum nihil rogassent. Verum Beza nostram versionem approbat; & sese Erasmus redarguit, ipse enim facit: Hebræos crebro verbum respondendi in principio collocare, licet nullum colloquium præcesserit. Videtur hac omnia, inquit Dominus, in Græcis est varia lectio. Codices multi habent; & βλέπετε, non videtur? ut etiam Syrus, alii negationem omittunt.

Lapis non manet super lapidem.

§. 2. Respondum Domini præcisum est, & durum; Non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruitur. Destructio, non omnium lapidum est contractio, sed dissolutio, ὅς ἐστι καὶ ἀσυνέκρητος; qui non dissolvatur, sic enim ædificium destruitur: monet autem Tostatus non loqui Christum de comminatione, sed dissolutione; quamvis in ea dissolutione cum lapides maximi, & artificiosè cæsi fuerint, non est dubium fractos, eorum angulos & eminentias, mutuo collisus. Non imitatur hyperbolem hoc loco comminisci, ut eo loquendi modo tantummodo dicatur templum penitus euersum; non anxie querendum an omnia ita diruta fuerint, ut non maneret lapis super lapidem. Nam in tam seria asseruatione cum nihil sit, quod tropum agnoscere cogat, textus propriè accipiendus est. Et historiae sanè consentiunt. Narrat Iosephus, 7. de bello, c. 18. à militibus diuino quodam impetu templum euersum. Tandem ait, Postquam vero quos occideret, quidne raperet exercitus, non haberet. & iubet eos Casar, totam funditus eruiere iam ciuitatem, ac Templum.

Templum penitus destructum.

Postea vero Iuliani tempore, cum nouum Iudæi templum erigere conarentur, suis manibus priora diruerunt, vide Chrysostomum contra Iudæos. Quæ vero superesse videbantur, terræ motu dissipata sunt, & ignibus vndiq; emicantibus Iudæi tertiti aufugerunt. Consulas & Nazianzenum, contra Iulianum, qui illi exprobat in erigendo Iudaismo conatum, qui eorum debet, ut religionem Christianam premeret. Cum verò postea fuerit noua ciuitas in vicino exstructa, quæ Ælia dicta est, cui dubium esse potest, veteris ruinæ faxis vltos esse ædificatores? Omnia enim fundamenta euerita sunt, Theophylactus, Eusebius, Chrysostomus, Orosius libro 7. Theodo. libro 3. capite 20. Iudæi eo consilio diruebant, ut postea restituerent nouis fundamentis positos, sed diuino consilio, omnia dissipata sunt, multis insuper prodigiis & portentis editis.

Templum euersum ob Christi mortem.

§. 3. Causa porro cur omnino demoliri illam molem Dominus voluerit plures fuerunt. Primaria est, mors Christo illata, & gentis peritura improbitas ac nequitia. Deinde ut carimonie veteres penitus abrogarentur, nec locus esset, ubi victimas immolarent inaniter, postquam vna oblatione Christus in æternum consummauit omnia. Periculum enim erat, ne infirmiores aspectu templi, & carimoniarum commoti, difficiliter Christo nomen darent. ut Beda, Remigius, alii monent. Nec iam opus erat victis typicis, postquam veritas aduenit. frustra autem tam sumptuosa staret moles, si nullus eius fuisset usus. Imo si templum euersum non fuisset, cui dubium esse potest à Gentibus alicui Idolo consecrandum fuisse? S. Augustinus enarr. in Psalm. 64. Factum est, completis septuaginta annis restitutum est templum quod deletum erat: & regressa

est de captiuitate magna pars illius populi. Sed quoniam dicit Apostolus: Hæc in figura contingebat illis, scripta sunt autem propter nos, in quos finis sæculorum obuenit: debemus & nos posse prius captiuitatem nostram, deinde liberationem nostram, debemus nosse Babyloniam, in qua captiui sumus, & Hierusalem, ad cuius reditum suspiramus. Ista quippe duæ ciuitates, secundum litteram reuera duæ ciuitates. Et illa quidem Hierusalem modò à Iudæis non soluitur: post crucifixum enim Dominum vindictam est in illos flagello magno, & eradicati ab eo loco, ubi impia libertate furiosi aduersus medicum insanierant, dispersi sunt per omnes gentes, & data est illa terra Christianis. Impletum est illud, quod de his prædixerat Dominus: Præterea autem dicitur vobis regnum & dabitur genti facienti iustitiam. Cum autem viderent tunc multas turbas ire post Dominum predicantem regnum celorum, & mirabilia facientem, dixerunt Principes illius ciuitatis: Si dimiserimus eum, omnes ibunt post illum, & venient Romani, & tollent nobis & locum & gentem. Ne locum perderent, Dominum occiderunt: & ideo perierunt, quanciderunt. Ciuitas ergo quedam illa terrena, cuius iam ciuitatis æterna in celis vmbra gerebat. At ubi caput illa quæ significabatur, euidenter prædicari, vmbra quæ significabatur, deiecta est: propterea ibi modò templum non est, quod fabricatum fuerat in imaginem futuri corporis Domini.

Et in Psalm. 130. In hoc templo, ut dixi, rogatur Deus, & exaudit in Spiritu & veritate: non in illo corporali. Nam illic vmbra erat in qua demonstraretur quod venturum erat. Iudæi illud iam ceciderunt. Cecidit ergo domus orationis nostre: Absit, Non enim illud templum quod cecidit hoc potius dici domum orationis, de qua dictum est: Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus. Audistis enim quid dixerit Dominus Iesus Christus: Scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus, vos autem fecistis eam speluncam latronum. Numquid illi, qui voluerunt facere domum Dei speluncam latronum, fecerunt, ut rueret templum? Sic & illi qui male viuunt in Ecclesia Catholica, quantum in ipsis est volunt facere speluncam latronum, nec ideo euerunt templum.

Ipsi igitur templum destruxerunt, qui ex eo speluncam latronum fecerunt, postea præsertim totius patratis cæditibus, & flagitiis.

§. 4. Interim ex his Nazianzenus orat. 2. in Iulianum, gentes conuincit. Nempe Christo, qui illa tam vere, certo, & cum circumstantiis prædixit, credendum esse: nam euentus ad amissum respondit vaticinio. Nos etiam eorum, qui seducuntur, lapsu ne moueamur; nam Christus ipse hoc etiam prophetauit, fore, ut seducantur multi: cum igitur desciscunt à fide, id agitur, quod futurum ipse prædixit.

§. 5. Atque hic interitus nobilissimi tota orbeterarum templi fuit. Quod à Salomone exstructum, à Chaldeis euersum, à Iudæis deinde reædificatum ac tandem ab Hero de iterum amplius, & magnificentius constructum fuit. Non quod Deo aurata, & marmorea templa displiceant, fieri enim inlerat, sed ne fideliū fiducia in lapidibus, parietibus, picturatisque laqueis, quæ aibus conuiescat, sed vera fide, bonis operibus, iusticia charitate, se ipsi vltia templa Spiritus sancti efficiant, inquit Hieronymus Epistol. ad Demetriadem. de seruanda virginitate. Alij ædificant Ecclesias, resstant parietes marmorum crustis, columnarum moles aduehant, cernique deaurant capita, pretiosum ornatum non sententiis, ebore, argentoque valuas, & gemmis aurata distinguunt altaria, non reprehendo, non abnuo. Vnusquisque in sensu suo abundet: meliusq; est hoc facere, quam repositis opibus inuolare. Sed tibi aliud propositum est: Christum vestire in pauperibus, visitare in languentibus, pascere in esurientibus, suscipere in his qui recto indigent, & maxime in domesticis fidei: Virgines alere monasteria; seruorum Dei & pauperum Spiritum

Spiritu habere curam, &c. Item in Epistola ad Gauden-
tium: Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita co-
lumnarum: & nudus atq; elivens ante fores nostras Christus
in passione moritur? Vnde octavo Zacharia capite ita scribit:
Hæc persecutio temporis in Ecclesia Christi expleta confixi-
tione: quando in tantam rabiem persecutorum feritas excita-
ta est, ut etiam conciliabula nostra destruerent, divinos libros
ignibus traderent: omnes insule, metalla, carceres, Confesso-
rum & Martyrum catenarum gregibus implerentur. Quis eo
tempore traderet rursum Ecclesias construendas, ab his ipsis qui
eum destruxerant? Non quod idem homines fuerint: sed quod
eodem regali potestas, que prius sedebat in insidiis, cum diviti-
bus, & quasi ex senatus consulto Christi nomen conabatur ex-
tinguere, nunc expensis Reipublicæ, Ecclesiarum basilicas ex-
truat, & exaltet summa fastigia: ut non solum laquearia,
& insula auro fulgentia decoret, sed parietes diversi marmoris
reflat crustis: & divinos libros, quos prius tradebat incendio,
nunc diuicatos & purpuratos, & gemmarum varietate distin-
ctos in conspectum Romani veneretur statui.

§. 6. Ex sancto Hieronymo errorem Iudaicam
fuisse intelligi, ut templo Salomoni Deum contine-
ri crederent. Hunc igitur Deum errorem euerfione
templi sublatum voluit, sed Hieronymum audire præ-
teristi c. 66. l. 1. a. e.

Hæc dicit Dominus, Cælum sedes mea, &c. Ne montem
sancitum intelligamus Sion, & Iudaico caperemur errore:
qui putant extruendam Hierusalem, & omnia que Dominus
pollucit ibi expleta carnaliter: aufert nobis hanc suspensionem,
& ponit testimonium quo vultus est Stephanus primus Martyr in
Christo aduersum Iudaicam contentionem. Salomon adificauit
ei domum (hanc dubium quin Deo) sed non in manufactis ex-
tibus habitauit, sicut Propheta ait: Cælum mihi thronus est,
et terra autem scabellum pedum meorum. Et Paulus in eo-
dem volumine: Deus qui fecit mundum, & quæ in eo
sunt, nequaquam in templis manufactis habitat. Si e-
nim insula sedens in solio atq; regnantis, cælum thronus eius
est, & terra scabellum pedum illius: Quomodo paruo clauderetur
locus, qui complet omnia, & in quo sunt omnia? Vnde &
Moses: Nedicas, inquit, in corde tuo; longe est: Deus
enim in celo sursum, & super te: ram deorsum & non
est alius præter eum Deus. Et Psalmista: Quo ibo à Spi-
ritu tuo, & à facie tua quo fugiam? Si ascendero in coe-
lum, tu illic es: si ad inferna descendero, ades; Cui
& Hieronimus ex persona Dei congruit dicens: Deus appropin-
quans ego & non de longè Deus. Nunquid latere
quis poterit in absconditis & ego non videbo eum?
Nonne cælum & terram ego impleo? in ipso enim om-
nines sumus, & monemur. Hoc autem dicit ut Iudaicum
temenat errorem: qui putant inuisibilem & incorporealem,
& incomprehensibilem Deum; templo Hierusalem posse con-
cludi. Quod quidem & ipse Salomon exstructor templi, in o-
ratione sua ad Dominum proluxius confitetur. Ac ne arbitre-
mur celo quoq; & terra Dei magnitudinem metiendam: in a-
bulaco de eo legimus: Qui tenet cælum palmo, & terram
pugillo. Per quæ ostenditur Deus, & forissecus & intrinse-
cus, & insulas & circumfusus, dum & solio ambiente non con-
cluditur, & pugillo claudit ac palmo.

VERSUS 4. & 5.

Et respondens Iesus, dixit eis. Videte
ne quis vos seducat. Multi enim
venient in nomine meo, dicentes:
Ego sum Christus: & multos sedu-
cent.

QUESTIO I.

Quæ seductiones, & quando future?

Marcus Petrum, Ioannem, & Andream ac-
cessisse dicit. Secreto accedunt nos? id est
Adami Conzen in Evang. Tom. I.

priuatim. Syrus בניהן בניהן banehun velech, inter se, &
ipsum. Nam illa de excidio templi Prophetia non ca-
rebat ingenti periculo; nam quasi legis aduersarium,
& proditorum habebant, si quis contra templum lo-
queretur? In accusatione Stephani A. 6. 14. ponitur,
quod contra templum locutus sit. Naturali studio futura
sciendi feruntur, & cognoscere audent; an breui, an lon-
go post tempore hæc consummata sint, ita enim qua-
runt Marci 13. 4. At Christus primum eos salutis pro-
ptiæ, & vniquemq; nostrum admonet, ne solliciti
sint de elade Iudeorum duntaxat, non enim eos secu-
ros fore, sed mediis in fluctibus, persecutionum, sedu-
ctionumq; Christiano cuiuslibet, cum Dei sit templum,
sanctitas sua turanda est, ne à Pseudopropheta profa-
netur. Hæc cura præcipua esse debet: neq; enim tanti
est corrumpere lapides, & alio cumulo iacere, sed ne in-
terna templa Spiritus animæ fideles scelerum turpitu-
dine polluantur. Ideo monet ferio: βλέπετε prospici-
te, attendite, ne quis vos seducat, de vobis, non de la-
pidibus mihi cura est.

§. 2. Tres proponunt quæstiones, quas parum di-
stinguunt. Cum enim Christi regnum temporale esse
existimarent, templi desolationem, eiusq; aduentum
coniungunt, & consummationem sæculi, non enim
intelligebant, quomodo hæc separari possent. Interim
hodieq; manet difficilis controuersia. An illa quæ se-
quuntur, de Iudaicis temporibus & templi desolatio-
ne accipienda sint, an vero de Antichristi regno, &
consummatione sæculi? Testatur ad Titi & Vespasian-
i temporis illa applicat, multisq; argumentis vitur, &
multi ante eum, & postea idem docuerunt.

Quamvis tandem in ipsa rerum tractatione ad
Tempora Antichristiana, & finem mundi venire co-
gantur. Adeo enim clare multa de extrema die dican-
tur, ut solidum sit alioreferre.

Origenes ad tempora Antichristi refert, plurimiq;
alii, quos in ipsa textus expositione producam.

Interim templi sanctissimi, & magnificentissimi
excidium, nobis documento est: nihil rerum externa-
rum esse, quo Deus placetur, si absit vnicus illius cul-
tus, qui ab animo proficiscitur. Nec mirum; ne ho-
mines quidem beneficia aliter quam animo dant, æ-
stimare solent: cætera nominant, hostium dona, non
dona, sed damna.

§. 3. Rem accurate pendenti dubium esse non
potest, quin de Iudeorum excidio agat: Templum e-
nim interitum prædicit, & multa quæ eo tempore
contigerunt. Rursus cum totus contextus considera-
tur, usq; ad 29. versum, ubi dicit, post eorum dierum
tribulationem statim solem obscurandum, clarissimè
apparet, de fine mundi sermonem esse. Illa enim quæ
sequuntur ad & tempus pertinent. Hoc igitur consti-
tuto dicendum est. Christum à suis interrogatum toti
Ecclesiæ vilem ac prius necessariam doctrinam tra-
dere. Nempe urbem interitum, pios in magnis re-
bus difficultatibus versaturos, nec finem fore tribula-
tionum usque ad mundi extremum diem. Atque
hanc esse veram expositionem singulis exponen-
dis apparebit. Ita sanè Tertullianus de resurre-
ctione carnis. Interrogatus à discipulis, quando euen-
tura essent, quæ interim de templi exitu eruperat, ordinem tem-
porum, primo Iudaicorum, usque ad excidium Ierusalem; de-
hinc usq; ad conclusionem sæculi digerit. Et in Apologetico
c. 28. Prænunciationes illas ad sua tempora extendit.
Plus iam offerimus pro ista dilatione, maiestatem Scriptura-
rum si non vetustatem, diuinas probamus, si dubitatur antiqui-
tas; nec hoc tardius, nec aliunde discendum; coram sunt quæ do-
cebunt, mundus, & sæculum & exitus. Quicquid agitur, præ-
nunciabatur, quidquid videtur, audiebatur. Quod terra vo-
rant vrbes, quod insulas maria fraudant, quod externa atq; in-
terna bella dilaniant, quod regna regna compulsi sunt, quod sa-

Quisq; Dei
Templum
esse debet;

Quæstiones
Christo
propositæ.

Christus o-
mnia tem-
pora com-
plexus est.